istos penè, quā ~~obitu~~ amissione ipsius, qui in mortis
quidē liberare ab insectationibus & odijs potuit.
& scribuntur ad nos indies hinc inde longae
querelae. Caetera Dei beneficio bono sunt
loco. De editione scriptorū eius iamdudum
deliberamus, & cum de hac [verū] severo ~~[illegible]~~ accuratius
colloquimus paulo ante morbū. In ipso vero
morbo pridie, quā extingueretur, de sua volun
tate quādā testaretur, sponte me monebat, ut
si colligere quae ~~edidisset~~ scripsisset & coniun
gere vellemus, adhiberemus ~~in~~ delectum &
iudiciū, ne permiscere confarcinaremus omnia.
Id me facturū postulant ipse tempi. Ordinē
quē servaturus sum, mittā descriptū proxime.
Cuperē addere epistolarum librū, ut extarent
exempla, quae imitaretur & haec aetas &
posteritas. Sed in his deligendis sis praecipue
circumspectione & iudicio opus est. Posses autē
iuvare nos & instruere ex tua bibliotheca selectio
ribus, quas prodesset publicare, & quae minime
offensura essent. Sed hoc tuae permitto sapiē
tiae. & me tibi commendo, petoque & contendo
abs te vehementer, ut vel exiguā particulam
illius benevolentiae, quā socerum complexus